

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1752. usque ad
Annum 1757 - Cum Appendice ad Annos 1744. 1745. 1748

Luxemburgi, 1758

XLVII. Confirmatur Resolutio Congregationis deputatæ super correctione
librorum Ecclesiæ Orientalis, super abbreviatione Officii, & Missæ pro
Monachis Ordinis S. Basillii. 17. Maii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74789](#)

ANNO
1755.

BENEDICTUS XIV. AN. XV.

139

ANNO
1755.
ti parcens,
semper stu-
davit brevita-
ti.

approbationis, concessionis, Indulti, extensionis, ampliationis, decreti, & derogationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Dat. 1. Aprilis 1755. Pon-
tificis ann. 15.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominae Millesimo septingentesimo quinagesimo quinto, Kalendis Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Quintodecimo.

D. Card. Paffoneus.

J. Card. Pro-Datar.

VISA

De Curia J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco + Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

XLVII.

Confirmatur Resolutio Congregationis deputata super correctione librorum Ecclesie Orientalis, super abbreviatione Officii, & Missæ pro Monachis Ordinis S. Basili.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Ad debitum
Deo cultum
exhibendum,
& canonicas
horas recita-
ri, & Sacri-
cum offerri
quodvis vo-
luntate Ecclesie.

QUEM religionis sensum natura Nobis indicit, ut non solum laudemus, celebremus, & glorificemus jugiter Dominum omnium conditorem, propter quod rationales facti sumus, & a brutis differimus; verum etiam ut oblationibus & sacrificiis placemus Deum nostrum, ac scelera nostra expiemus; ad eundem tam in veteri Testamento, quam in Catholica IESU CHRISTI Ecclesia alendum, fovendum, adaugendamque in primis studia omnia intenta fuerunt. Quoniam autem IESUS CHRISTUS verus Deus, verusque homo, Mediator Dei & hominum, Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, cessante carnalium sacrificiorum varietate, omnes differentias hostiarum una Corporis & Sanguinis sui implet oblatione; &, quomodo adorare Patrem suum in spiritu & veritate, ipsiusque orare & laudare docuit, exemplumque præbuit; Sancti Apostoli ab eo Magistro instructi, ac per ipsos Catholica Ecclesia Spiritu Sancto inspirante edocti, & Officium Canonarum Horarum, debita cum rituum, ceremoniarumque magnificientia, Deo quotidie per solendum digessit; & Sacrosanctum Missæ Sacrificium, in quo nimur Agnus Dei in odore suavitatis Deo jugiter a Sacerdotibus immolatur, & panem de celo verum comedimus, cum ritibus pariter, cæmoniis, & precibus, quotidie in Ecclesiis peragendum mandavit. Utrumque vero Officium scilicet & Sacrificium, ut Omnipotenti Deo effet magis gratum & acceptable, diversæ, variaque, quoad sacras preces, ritus, & cæmonias, initæ fuerint rationes, juxta diuersas, variaque nationes, & religioforum hominum Ordines, atque Instituta tum Occidentalis, tum Orientalis Ecclesiæ, quæ secundum acceptum a majoribus cuiusque morem & consuetudinem, etiæ pro temporibus aliquando variata, in unitate tamen Catholicae Fidei, doctrinæque perfantem, quamplurima pro libito & pietate addere studuerunt. Apostolica autem hæc Sancta Romana Sedes nihil habuit an-

In variis di-
vergunt
gentium ce-
remoniis ca-
dem tempore
unitas fidei.

Ecclesia Ro-
mana huma-
na fragilita-

tiquius, nihil curavit impensis, quam ut cum de utroque nempe Officio & Sacrificio ab ipsa aliiquid exquisitum fuit, quoad fieri posset, brevitati ac sincerae pietati, servatis servandis, confuleretur; ne quamplurimi ex Christifidelibus, siue recitantibus, siue celebrantibus, siue audiens Officium, vel Missam infirmiores, tum propter prolixitatem, tum propter linguae ignorationem tedium affecti, quam inde percipere solebant, Spiritus pinguedinem & suavitatem aversari inciperent.

§. 2. Porro cum Dilectus Filius Augustinus Sciomari Monachus & Abbas Ordinis Sancti Basillii, ejusque modernus in hac Alma Urbe nostra Procurator Generalis, nomine totius sue Congregationis, Nobis supplices preces humiliter porrigidas fecerit, ut dignaremur abbreviare Missam & Officium Divinum, pro quibus recitandis, ac celebrandis adeo longum tempus infundendum est, ut id vix ob humanam infirmitatem fine tedium aliquo peragi possit, & modicum eis temporis spatium supereft, quo operam sacrarum literarum studiis dare valeant: Nos sanè preces hujusmodi remissimus ad Dilectum Filium nostrum Fortunatum Tituli Sancti Calixti Presbyterum S. R. E. Cardinalium Tamburinum nuncupatum, Congregationi Particulari super correctione Librorum Ecclesie Orientalis deputatae Praefectum, ut eas eidem Congregationi expendandas, atque examinandas proponeret,

§. 3. Itaque dicta Congregatio habita die VII. Maii, & XIII. Augusti MDCCLII. rescriptum, indulgeri posse, ut abbreviatio Officii ferialis extra Quadragesimam fiat juxta modum infra designatum, nempe quoad abbreviationem Matutini diebus ferialibus, praeter Quadragesimam, retineatur integrum Cathisma: Omittant Exapsalmos, sed quotidie unus ex Psalmis in eo comprehenis ex ordine recitur. Die autem Domingo integrum Exapsalmum dicatur, & quatuor Psalmi, qui notantur in Horologio Basiliianorum pagina 42. Aliis vero diebus non ferialibus servetur Typicus solitus usque ad primum Canonem exclusivè: Canon Sancti ad Triodium redigatur, nempe prima, octava, & nona Ode recitetur: Postea dicatur Canon Feriae, sed tria tantum Troparia singularum Odarum, felicet primum, quod ad Feriam; alterum quod ad Sanctos Martyres; ultimum quod ad Beatam Virginem pertinet: Post tertiam Odem, solita Cathisma, seu Antiphona: Post sextam, confitum Confessionem, seu Ieron; deinde Synaxarium Sancti: Post octavam Odem Psalmus Magnificat, & solita Exapostillaria, & reliqua juxta Typicum. Quoad abbreviationem Vesperarum, ex sex Antiphonis, seu Stichis, quatuor tantum dicantur; deinde: Gloria, & hymnus: Lumen hilare, versiculi; & prophetie, aut lectiones e Scriptura, quando occurront: Post Orationem: Dignare, omittantur Antiphona: Deinde dicatur Psalmus: Nunc dimittis: reliqua autem omnia, de quibus nihil adnotatur, juxta solitum. Quoad abbreviationem Completorii: Canon redigatur ad Triodium, & in ejus recitatione intermissione de more Oratio Dominica, Antiphona, & Synaxarium, quando oportet: Deinde Psalmus: Magnificat, & reliqua omnia de more, ut in Horologio.

§. 4. Postea tractatum est de abbreviatione Missæ private, & eadem Congregatio censuit permitti posse in hunc modum: Facta preparatio materie de more in Altari, cum solitis Orationibus, Missa privata incipiatur a verbis illis. Euoyouéνι ἡ βασιλεία οὐαὶ. Benedicū Regnum. Et cetera, quæ precedunt, recitentur a Sacerdote, vel in Sacra, vel dum pergit ad Altare. Magnam Synaptim, seu Collectam esse retinentur. Retineantur quoque Orationes primi, secundi, & tertii Antiphoni, una cum exclamationibus, & cum ipsis Antiphonis. Minor autem

Preces Pro-
curatoris Ge-
neralis Ordini-
nis S. Basillii,
ut brevior
Missæ, & Of-
ficium pro
fusa Congre-
gatione red-
deretur.

Rescriptum
Congrega-
tionis depu-
tatae super
correctione
Librorum
Ecclesie
Orientalis,
cui fuerunt
remissæ pre-
ces, quoad
abbrevia-
tionem Officii.

Altarium
ejusdem
Congrega-
tionis re-
scriptum quo-
ad abbrevia-
tionem Mis-
sa private.

1755.

Collecta, seu Pacifica, quae incipiunt: *Eri nō ēt, &c. etiam arque etiam in pace, omittatur. Oratio ingressus Evangelii omittatur. Retineendum Trifagium cum Oratione. Supplicatio, quae incipit; Eiusmodi nārtes &c. Dicamus omnes &c. retenenda; sed eo modo, quo sequitur, nempe omis- sis, quae leguntur post verba illa: Karē rō uīja īēos os dñus & os īānōs rō tēyōs: Secundum mag- nā misericordiam tuā exaudi & misere uisque ad Orationem extensę supplicationis, quae incipit: Rōgūs ēt oīs iānōs &c. Domine Deus nōster &c. Deinde omittantur, quae sequuntur post verba illa: Πάθοις ἔλεος, Dīvitē misericordiam tūque ad exclamationem: Οὐτὶ δίνουσ &c. Quo- nām misericors &c. Preces atque Oratio pro Cat- echumenis omittantur. Hymnus Cherubim cum Oratione retineatur. Oratio Kōpē ēt &c. Do- mine Deus Omnipotens, retineatur, omis- sis verbis, quae sequuntur: τὸν ὅντα χρήπι &c. gratia tua, uisque ad θρά τῶν εἰρηνῶν, per miserationes &c. Symbolum quotidie more Græcorum recitandum, exceptis Missis, ut vocant, pro Defunctis. Tro- paria, seu Theotocio in fine Missæ omittantur. Reliqua omnia retineantur.*

Nonnullæ
peculiares
abbreviatio-
nes quoad
Officium
Quadragefi-
mæ.

Monasterium
Medijussi his
definitionib-
us non com-
prehenditur.

Pontifex,
quibusdam
immutatis,
in reliquis
approbat
fentientiam Con-
gregationis.

Apostolica
auctoritatis
robur adjici-
tur.

S. 5. Denum in Congregatione diei 16. Sep- tembris 1753. inter cetera propositum est: An Patribus Baſiliani indulgendum sit, ut in Officio Quadragesimæ omittant Cathifina Psalterii ad horam tertiam, & ad horam nonam? Et insuper, ut magnum Completorium in Quadragesimæ uno tantum die cuiusque hebdomadæ in suis Ecclesiis dicant, alii vero diebus omittant, dicantque solum parvum Completorium? Et reſcribere plau- cit: Quoad primam partem, omitti posse Cathifina ad horam nonam tantum, dummodo recitatio integri Psalterii in tota hebdomada compleatur: Quoad secundam partem, magnum Completorium retineatur feria secunda, & quarta. Hæc tamen & alia in superioribus Congregationibus definita pro Patribus Baſilianis, intelligentur Monasterium Medijussi non comprehendere, cui fuos veteres ritus, mores, atque instituta in fundatione præ- scripta, juxta Apostolicas Constitutiones, retine- re, ac servare precipit.

S. 6. Facta autem Nobis per Dilectum Filium Magistrum Nicolaum Antonellum in utraque Sig- nature nostra Referendarium Prælatum nostrum Domesticum & dictæ Congregationis Particularis Secretarium hijusmodi relatione, mandavimus, ut recitatio Cathifismatum Psalterii singulis diebus fe- cialiibus extra tempus Quadragesimæ facienda ita aptetur, ac distribuatur, ut saltu in duabus heb- domadis integrum integrum Psalterium recitetur: Quoad abbreviationem verò Missæ, ut Symbolum in omnibus Missis, etiam in iis, quas ipsi pro Defunctis vocant, more Græcorum recitetur. Cæ- tera verò benignè approbavimus die 24. Augusti elapsi anno 1754.

S. 7. Verum ut præinserta omnia firmius sub- fificant, ac serventur exactius; Nos, qui memo- ratum Ordinem Sancti Baſili, & potissimum Con- gregationem sub ejusdem Sancti Baſili auspiciis

& Ordine militantem, & in Occidentalí Catho- lica Ecclesia religiosis virtutibus, eximiis Ortho- doxarum adverſus schismaticos doctrinarum, dis- ciplinarumque studiis, & exemplis florentem, plu- rimi facimus, magnoque in honore, ac pretio ha- bemus, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, omnia & singula præmilia approbamus & con- firmamus, illaque perpetuo Apostolicæ firmitatis ro- bore munimus, atque infirmū auctoritate & te- nore paribus mandamus omnibus & singulis Su- perioribus Generalibus, Provincialibus, Prioribus, ac Monachis dictæ Congregationis & Ordinis, in virtute sancte obedientie, ut deinceps, prout præmittitur, & non aliter, ipsi fervent, & ab aliis sibi subditis servari faciant & current & pra- cipient; salva tamen semper in præmissis ejusdem Congregationis Particularis super correcione Li- brorum Orientalium deputatae auctoritate.

S. 8. Docernentes, præentes literas, & in eis contenta quæcumque, semper firma, valida, & efficacia existere & fore, suosque plenarios & integrōs effectus fortiri & obtinere, ac Monachis saepe memoriorum Ordinis & Congregationis in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ita ab eis respetive inviolabiliter observari debere; siccique, & non aliter, in præmissis, per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Ca- farum Palati Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales & eorumdem Cardinalium Congrega- tiones, nec non Apostolicæ Sedis Nuncios, & quosvis alios quacumque præminentia & potesta- tie fungentes & functiones, judicari & definiri de- bere, ac irritum & inane, quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Concilii editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, dictique Ordinis & Congregationis, etiam jura- mento, confirmatione Apostolica, vel quavis fir- mitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apo- stolicis, & quibuscumque alis Decretis in gene- re, vel in specie, aut alias in contrarium præ- missorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus pro hac vice tantum, ad præmissorum effectum, derogamus, cæterisque contraria quibuscumque.

S. 9. Volumus autem, ut earamdem præ- sentium literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu Albatis Generali, vel Generali Procuratori pro tempore existentium subscriptis, & sigillo ejusdem Ordinis munitis, eadem pror- fusa fides adhibeatur, que ipsis præsentibus adhi- beretur, si forent exhibite vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maj- jorem sub Annulo Piscatoris, die XVII. Maii MDCLV. Pontificatus Nostri Anno Decimo- quinto.

Cajetanus Amatus.

Clauſula
cum deroga-
tione contra-
riis.

Fides tran-
sumptis ha-
benda.

Dat. 17.
Maii 1755.
Pont. XV.

Epistola

